

er. D

1557,47<sup>d</sup>



Honori summo

VIRI REVERENDI CLARISSIMI, ET  
EXCELLENTISSIMI

DN. STEPHANI

CLOTZII VVestphali,

S. S. Th. Professoris eximij & Ecclesiastis apud  
Rostochienfes digniffimi,

*Autoritate & consensu Reverendiffimi & Illustriffimi*

EPISCOPI SUERINENSIS

Magnifico Academiae Rostochienfis p. t. Rectore

*Viro Clariffimo & Experientiffimo*

DN. PETRO LAUREMBERGIO Medicinae Doctore  
& Poet. Professore publico & celeberrimo,

DECANO SPECTABILI

*Viro Reverendo, Clariffimo, Excellentiffimo*

DN. JOHANNES QUISTORPIO, S. S. Th. D.

& Professore, ejusdemq; facultatis Seniore venerando,

ut & Ecclesiaste ad D. Mariam digniffimo,

*Doctore Theologiae publico & solemniter actu renunciati,*

ANNO M. DC. XXXV. 30. April.

*Gratulantur & fausta quaeq; insuper apprecantur*

DN. Professores & Amici in

inclyta Rosarum.

gr. er. D.

57, 47d

Typis ex scripta Reusnerianis.

13073





**J**ure tuo meritoq; tuo nunc sumis honorem,  
Quem tibi publicitus, lux hodierna dabit.  
Gratulor ex animo, precibus numenq; fatigo  
Summum concedat, sit diuturnus honor.

*Gratulabundus*

F.

JOHANNES GOTHMAN,  
S. S. Th. D. & P.

---

**J**ampridem CLOTZI Doctorum Academia munitus,  
quod tibi commisit, non sine laude geris;  
Quippe tibi ingenium Pallas, Libethrides Artes  
donarunt; linguam Phœbus utramq; dedit,  
Mellitam digitis sinxit Charis aurea frontem,  
Formavit mores Philosophia tuos.  
Hinc charus Superis, charus nostratibus oris  
audis, quod digne Laurea sarta geras.  
Et tantum deerant tituli, quos nunc quoque lætus  
accipe, & hoc felix utere honore diu.  
Det tibi constantes vires, det pectora firma  
Jova, sui in laudem nominis atq; decus.

JACOBUS FABRICIUS, Collegii  
Medici Decanus.


---

**S**i cui quem duro juvat indulgere labori,  
Donantur merito præmia digna suo:  
Cur quoq; non illi ingenuas qui percolit artes,  
Pro sudore suo digna *βραβεία* sient?

A 3

Juste

76,61

A decorative rectangular border with a repeating floral or scrollwork pattern surrounds the text.

Aus der  
Schloßbibliothek zu Oels  
1885

*[Faint, illegible handwritten text on a piece of paper]*

Juste ergo Clotzi Doctoris nomen habebis;  
Hoc labor & curæ promerere tuæ.  
Gratulor ergo tibi merito de nomine tali,  
Gratulor & cœptis omnia fausta precor.  
Maçte novo titulo; tibi crescat adorea! crescat  
Fama! sient vitæ secula longa! Vale.

f.

M. LUCAS BACKMEISTERUS  
S.S. Theol. Prof.



Magister Stephanus Clotzius VVestphalus,  
Sacrae Theologiae Professor  
Publicus.

*Anagramma.*

Tu Propheta Christi sacer, falsos Evangelis-  
tas luposve post ore masculus  
subige!

*Evolutio.*

**C**lotzi, Thejologæ decus Minervæ!  
Non possum Tibi denegare versus,  
Non possum Tibi denegare vota,  
Doctoris quoniam novos honores  
Faustis alitibus cupis capivé.  
Non frustra, puto, verticem decorum  
Mitrâ Varniacæ tibi Minervæ  
Cingit Thejologum Sacer Senatus.  
Spectatum satû eruditionis  
Dedisti specimen tuæ: tot Annos  
Dum Templi regis & Scholæ cathedram.  
Audibas meritò PROFESSOR antè  
Nostræ PUBLICUS Universitatis  
Audibas meritò sacer SACERDOS.

1417

Jam nunc ( quod benè vortat ! ) à Senatu

DOCTOR Tejologo crearis. Ergò.

Tu Christi Domini sacer Propheta

Post hac masculus, ore Evangelistas

Audaci, subigas; luposvé falsos!

Sis felix! Pylios vige per Annos!

Ut gratâ vice plusq̄, plusq̄, plusq̄

In Templi Cathedris, ut & Lycèi

Ex te commoda sentiantur olim!

Hæc, pro more, tibi, diu recepto

Doctoralis inaugurationis,

Sincero precor ex amore! Namq̄

Non possum tibi denegare vota,


Non possum tibi denegare versus,

Clorisi, Thejologa decus Minervæ!

Sic L. M. Q. gratulatur

M. Zacharias Deutsch, Pastor

ad ædem S. Spiritus.



Στέφει πικρώντος αὐτῷ Ἀρετή.

**N**il stolidis debetur: habet sed præmia VIRTUIS,  
Cælo cultores evehit atq̄; suos.

Verus honos virtute datur, Vel Marte vel arte,

Non prece nec precio veuditur aut emitur.

Arma petit miles, Sequitur crudelia castra,

Ut pariat laudem sanguine, cæde, sibi

Fortem se præstat, quò tandem grata reportet

Præmia, virtutis quæ documenta sient.

Verum longè aliud, Te Artis sacra castra secutum,

Ad summi Culmen duxit honoris iter.

Gnaviter & graviter pugnasti huc usq̄; laborum

Calcasti hanc ipsam non sine mole viam

Jam tibi doctrinæ & virtutis præmia dantur,

Præmia, quæ nemo Te meruisse negat.

Semper in hoc vestro magnum mirumq̄; Lyceo

Est habitum nomen VIR REVERENDE tuum

Omnis



Omnis miratur celebrat, te suspicit omnis  
In laudes nihil est luxuriare tuas.  
Nam te commendas propriis Virtutibus orbi,  
Cognitus Eois Hesperisq; viris.  
Magnam ob doctrinam, qua te haud præclarior alter,  
Nam tu quæ multi singula, solus habes  
Ergo jure novô hoc hodiè mactaris honore,  
Lauru Doctoris dum redimitus abis.  
Gratulor ex animo, precor & tibi fortis habenas  
Nil poterit precibus plenius esse. Vale.

Ita

Reverendo plurimum, Clarissimo ac præcellenti VIRO

Dno: Stephano Clotzio, S.S. Theologiae

Doctore, Professore publ: Fautori suo

ἀντιπροσέδοξο ἀνιμίτῳ congratulabatur.

M. JOACHIMUS ALBINUS.

Pastor Varnomundensis

STEPHANUS CLOTZIUS WESTPHALUS,  
SACROSANCTÆ THEOLOGIÆ DOCTOR EXIMIUS  
ET PROFESSOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS ORDINARIUS,  
ET TEMPLI JACOBÆI IBIDEM ECCLE-  
SIASTES

Ἀναξαρμυανζόμενῳ

ZELUS IN HOC CHRISTI: LEX INTONAT HORRIDA, FASSOS  
APTE SED RECREAT ROSEO PIA GRATIA SUCCO  
AMBIIT ECCE COMAS BIS HONOS, LALLS; EIA SILETE!  
O MESSEM! LEPIDE, TUTO VIVAT DECUS IPSE!

Epigramma.

**N**unc ubi cum Stephano Stephanus conspirat amice,  
Dic, uter alterius mactet honore decus?  
Ardua qua certe res est scrutamine digna,  
Judicium temere ponere nolo meum.  
Lector id expendas. Tantum faustissima quæq;  
Comprecor, ut STEPHANI dona perrenne micent.

Honoris & observantiæ ergo L. Mq; F.

M. Pancratius Amfelius P. L. C.

Cantor Jacobaus.

B 3

Magi-

Magister Stephanus Clotzius

3.  
ἀναγρ. ex sp. Spir.  
& ult. 2. in 15. 70 folo

**M**E Zelo ut pascis gratis sunt,  
munera Gazis  
plus Scis & tot Tu Sic ut Sol  
Mentis ages par st!

honor erg.  
L. M. Q.  
ἀνοταξιδίας,  
F.

P. SAGITTARIUS.

CLOTSIUS


Anagr.

SICUT SOL.

**U**T stellas inter lampas Phœbea minores;  
Sic alios inter lux Tua Theiologos,  
Participant à Sole suam velut omnia lucem  
Sidera. Sic à Te nostra Lycea suam,  
Quid titulisq; Tuis summoq; precabor honori?  
Faxit, ut Ecclipsin non patiare DEVS.

Faustræ acclamationis ergo Dn. Præceptori  
suo observando F.

THEODORUS Möllman  
Flensburgo • Holsatus.



**C**uncta per eximie fastigia laudis iisti,  
Doctrinæq; modos rimatus es inclyte CLOTZI,  
Divus Apollo Tibi, gratanter præmia confert,  
Pro meritis dignus, Tu sic diadema repentes.  
O felix animis cui sic sudasse labore  
Obtigit, ut portet condigna brabeia laborum  
Zoilus invideat? duos virtutis amore

Vici-

Vicisti casus: En accipe DOCTOR amande,  
Et Musis prodesto, sic tibi fama manebit,

*Præcept. suo apponebat*

ANDREAS Dötticher Kostoch.

~~~~~

Magister Stephanus Clotzius.

*Anagrammata.*

Artem gestas, inclitus Sophus.

**N**on operosarum fingam tibi nomina laudum:  
Nonve peregrinus te mihi pinget honor.  
Cur? quia te nemo culpavit & oderat unquam,  
Lausq; nitet proprio sic tua flore satis.  
Magnificam & magnam gestas Sophus inclitus Artem,  
Hinc verè magnus magnificusq; Vir es.

Hostes, licet fartus, impugnas.

**I**mpugnas varios armis cœlestibus hostes  
Sartus ab insanis sis licet Hereticis.  
Tectus es æterni galeâ seu casside verbi:  
Vis potis est, Clotzi, nulla nocere tibi.

Hinc per Musas gestas titulos.

**H**inc titulos gestas sublimes, & tibi cingit  
Insula per Musas conciliata caput.  
Templa Scholæq; tibi decus hoc dant: sed puto majus  
Accipient à te Templa Scholæq; decus.

Nactus titulos magis speres.

**V**arniacæ de te si vis audire Minervæ  
Nobilis eloquii nobile iudicium.  
Dum tibi Theologiæ summos conferret Honores,  
Protinus est ad te sic mihi visa loqui:  
Tu nactus titulos speres magis ac magis à me;  
Ate nam pariter spero deinde magis.

Doctor Sthephanus Clotzius.

**P**one vetus nomen, quoniam mutantur Honores:  
DOCTOR eris postbac, ante MAGISTER erat.  
*Anagramma. Z. per. S.S.*

Tu transcendis cultos Sophos.

**T**RANSCENDIT reliquos, magno qui fulget honore.  
Ordine, re, titulo, nomine, laude, Viros.

Omnibus his, Clotzi, Tu (Nam locus omnibus in Te est)

Transcedi scultos, cultior ipse, Sophos.

Plurima Theologiae sunt Transcendentia. Sed Tu

Hæc inter, Phæbo iudice, summus eris.

Doctor Stephanus Clotsyus.

Tu strophas solidè concutis.

**E**T merito summam subvectus Honoris ad arcem,  
Hostitulos laudis nobilioris habes.

Scilicet Hæreticùm, faustis successibus, omnes,

Tu solidè docto concutis ore strophas.

Fors ultrâ crepidam sutor sapuisse videbor,

Si de te, Clotzi, sumsero iudicium.

Judicium de te non est mea ferre facultas.

At tamen hoc de te dicere non metuo.

Si vives; & sic perges, ut pergis, habebit

Alma tibi paucos Röstochiana pares.

In debitæ reverentiæ & observantiæ tesseram

Dn. Præceptori pl. colendo f.

Joannes Mautnerus Pannonius

**D**UX est Germanos qui à Sclavis arcet honores:  
DOCTOR agit veræ Religionis opus.

Et DOCTORE opus est nobis, ceu Militibus DUX.

DUX, HEROS; DOCTOR CLOZ præit: am-

ILLE focus sclavos; HIC aris dogmata falsa (bo Viri.

Arcet: sufficiens stat suo uterq; loco. (tege: namq;

DUC DEUS alme DUCEM; DOCTOREM pro-

PRÆSIDE TE felix HIC DOCET ILLE

REGIT.

Esaias Hertelius Scep.

Disq. erud. D 1557.47<sup>d</sup>  
